



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Bellum Sacrum Ecclesiae Militantis Contra Turcum  
Communem Hostem Christianorum**

**Vaux, Léonard de**

**Leodii, 1685**

VII. Dies.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64991)

tu exaudies me Domine Deus meus;  
Educ me de laqueo quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector meus.

### V I. D I E S.

1. **N**E derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris à me; intende in adjutorium meum, Domine, Deus salutis meæ.

2. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat: Ne avertas faciem tuam à me, in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me.

3. Ne revoces me in dimidio dierum meorum. De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates observaveris Domine, Domine quis sustinebit.

### V I I. D I E S.

1. **D**omine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam; in virtute tua exaudi me, in iustitiâ.

2. Non intres in iudicium cum ser-  
vo tuo, quia non justificabitur, in  
conspetu tuo omnis vivens.

3. Auditam fac mihi manè miseri-  
cordiam tuam, quia in te speravi.

### VIII. DIES.

1. **N**Otam fac mihi viam in qua am-  
bulem, quia ad te levavi ani-  
mam meam.

2. Eripe me de inimicis meis Do-  
mine, ad te confugi: doce me facere  
voluntatem tuam, quia Deus meus  
es tu.

3. Ne perdas cum impiis Deus ani-  
mam meam, & cum viris sanguinum  
vitam meam. In manus tuas commen-  
do spiritum meum, redemisti me Do-  
mine Deus veritatis.

### IX. DIES.

1. **D**Eus, Deus meus respice in  
me, quare me dereliquisti;  
longè à salute mea verba delictorum  
meorum.

2. In te projectus sum ex utero, de  
ventre matris meæ, Deus meus es tu,  
ne discelleris à me.